

Լ ՏԱՐԱՄԼԷՄ : Լ Est conjunctio copulativa et, atque. Տարամլեմ autem est tempus praeteritum infinitivi modi à verbo neutro Տարամլ Տիրե, cum spiritu aspero littera Լ superimposito.

ՕՒՆՆՅ : Est Praepositio ex non ingredientibus vocum compositionem. Sic e.g. Post, Postea. Percipere paulisper lubeat distinctionem illarum praepositionum, quae vocum compositionem ingrediuntur, et non ingrediuntur. Breviter dicam; Praepositiones compositionem ingredienti dicuntur, quae semper ab initio compositionis ponuntur, et quandam quasi unionem constituunt cum subsequente vocabulo. Contra non ingredienti compositionem sunt, quae semper separatim ponuntur, nullumque nexum subsequentis vocabuli patiuntur.